



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

184. An peccet mulier reddendo debitum viro, qui saturandæ libidinis causa poitum incipit, sed postea, ne sequatur generatio, subtrahit se, & effundit semen extra vas? Et docetur peccare quidem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

de volatilibus cœli curam habeat, multò magis de creaturis rationabilibus, quarum est Pater, specialiter illam habebit. Quarò, quia suscipere problem ex matrimonio, est magnum bonum, cui quodcumque coniugum incommode postponendum est.

2. Obisicetur: in aliis debitis excusa magna solvendi incommoditas, & difficultas: ergo illa excusat etiam in solutione debiti coniugalis coniugem pauperem. Respondeo, concessio antecedente, negando consequentiam, quia habere problem ex matrimonio, est magnum bonum, quod præponderat quibuscumque incommodis coniugum, præcipue quia ex pauperibus coniugibus solent filij procreari, etiam cum paupertate parentum, qui sunt gloria, & magna commoditas eorum, & Religionis Christianæ decus, & ornamentum.

3. Præterea, idque mihi persuader ad afferendum, horum Authorum sententiam veram non esse: quia, experientia teste, videmus multos filios ex magna paupertate natos, & ex parentibus pauperimis eretos esse ad magnas dignitates, factò que esse opulentissimos, & ideo parentes, quantumvis pauperes, non debent diffidere ob multiplicationem filiorum de providentia Dei; sed in misericordia eius spes fara, exercendo actum iustitia, qualis est sibi ad iniuciem debitum reddendo: nam ex negatione debiti ob adductam causam sequi possunt multa peccata incontinentiae ex parte viri, inquit ex parte etiam feminæ; atque omitti multas rixas, & contentiones; quæ inter coniugatos ob eam causam oriri possunt. Hæc omnia Texeda, cui additum Rebellum, Coninch, Layman, quos citat, & sequitur Castrus Palauus tom. 5. disp. 3. punt. 4. §. 10. num. 9.

4. Verum ab obligatione reddendi debitum sub graui culpa excusare difficultatem grauem parentum in alendis filiis, si multiplicentur, assertur Sotus in 4. d. 32. quest. 2. nic. art. 1. Rodriguez in Summa tom. 1. cap. 243. concil. ... Sæ verb. Debitum, v. 18. Quinimò Petrus de Ledesma de matrim. quest. 64. art. 1. in fine. Sanchez lib. 9. disp. 25. n. 3. Gaspar Hurtado disp. 10. de matrim. d. fcul. 12. n. 54. & alij censent, cessante incontinentie periculo, nullam culpam, nec veniam committi in prædicta negatione. Mouentur: quia ab alii soluendis excular magna incommoditas & difficultas, cur ergo ab hoc debito non excusat? Præterea non tenet debitor reddere, si probabilitates aliquod grane damnum tibi, vel proli obveniatur: at, si proles nascatur, græve tibi, filiisque natis damnum innimer; siquidem cogeris ex eleemosynis emendacis viuere. Ergo &c.

5. Dicendum est itaque hanc posteriorem sententiam satis probabilem esse, quidquid afferat Texeda: nam debitor non tenetur satisfacere creditori cum notabilis suo detrimento, quando in creditore nullum simile, vel maius detrimentum timeret: ergo coniux non tenet compatri debitorum reddere, quando ex actu coniugali ea sequeretur prolium multiplicatio, ut parentes eas non possint alere: id enim est grauamen parentum, qui proles tenentur alere. Dixi, quando in creditore, &c. cùm enim eo casu debitor tenetur suo creditori satisfacere, sequitur quod in præsenti non liberaretur a redditione debiti, si in potestate subesset morale periculum incontinentiae, ut tradunt Authorum citati, & passim alij: cuius ulterior ratio est, quod incommodum in facultatibus excusans debitorem a persoluendo debito, non tam oriatur ex rei natura, quam ex quadam tacita creditoris concessione, qui, videlicet, non præsumit velle suum creditorem ita grauare, quæ tacita concessio non potest præsumi, quando ipsem creditor æquale, vel maius detrimentum incurret

ex dilatione solutionis. Ex quo patet, quod quando in potestate subesset periculum pollutionis, non potest prudenter præsumi consentire, ut illi personæ coniugalis negari possit.

6. Ex qua ratione facilè potest colligi, patet exigente debitum sub stricta obligatione, patet non possit, non obstante incommodo aliquo paupertatis in redditore: si enim solum situr et tacita creditoris voluntate, quod in tali circumstancia debitor non teneatur reddere, non potest excusari, quando de contraria voluntate manifeste constat: quia tamen Authorum in casu paupertatis patentum, absolute loquuntur, nec se fundant in illa tacita potestis voluntate, proper eorum affectus, item non est improbatum, quod licet negare debitem, etiam exigenti obligationem, modo a personæ absit periculum pollutionis.

7. Ex quo videretur deduci, quod si nobilis non possit alere multas proles sine notabili fluxu decremento, deposito periculo pollutionis in compare, non teneatur ei petenti debitum reddere. Et contrario communis pauperes non videntur excusari in reddendo debito, ed quod proles sint multiplicandæ, quas alere nequivunt, cum neque patens status detrimentum ex multiplicatione prolium, neque difficultas in proliis alendis videntur valde ponderanda, cum pane mendicato vivere possit. Et hec omnia docet Ioannes Praepositus in 3. par. D. Thoma, quest. 6. de bonis matrimonii, dub. 1. q. 2. cui additum Martinum Perez de marim. disp. 10. fcul. num. 6. His tamen non obstantibus, concedo, quod noniem non negatiuum esse satis probabilem.

RESOL. CLXXXIV.

An peccat mulier reddendo debitum viri, qui sumenda libidinis causa coitum incipit, sed postea, nisi quatur generatio, subtrahit se, & effundit semen extra vas?

Et docetur peccare quidem grantier virum, & feminam, si de eius confessio vir id faciat, si filia non confessio, licet posse reddere & petere datum a marito, etiam si ille perperam reddidimus?

Et quare vir mittens pudenda in se coniugi peccat mortaliter?

Et an hac circumstantia tanquam speciem matutina confessione aperienda? Ex part. 6. tract. 7. & Milc. Res. 7.

§. 1. Peccare mortaliter mulierem in tali casu docet nouissime Stephanus Bauni in Theolog. Moral. part. 1. tract. 12. quest. 4. Eò quod matrem alterius noxæ præberet criminolum sit ac turpe facere id mulier, cùm se vito substerit nexum pollulant corporum, ac sceleratam explendam libidinem, ac maritalem thorum sacrilega ac infami feminis effusione maculandum, nam si eum à sinu suo repellere possit a complexu, non peccaret, materiam ergo ei peccati suppeditat, ergo non sine scelere hoc facit.

2. Secundò culpam æternæ morte dignam contrahit, qui matrimonium alio refert, quam eis causa est à Deo institutum; aut in eis viti, culpa fe periculo obiicit: faciat utrumque mulier, que corporis sui copiati coniubialis fœderis corruptori, sciens ac volens accommodat.

3. Age enim, quorsum mulier in coniugio cum viro conuenit: quorsum in alienam familiam, permanentia relicta domo, amicisque transiit: Nempe ut sit mater, nempe ut in prole se, gentemque suam ab interitu vindicet, hanc enim intentionem quidam efficiunt.

INTON
Opera
Tom. I. & II
E III

essentialissimum esse in matrimonio scribit D. Thomas in 4. distin^t. 31. que^s. 1. art.^o.

4. Et Richardus dicit in 32. art. 4. que^s. 1. affirmat concubitum coniugalem ordinari principalius ad prolem procreandam, quam ad remedium. A dictamine enim natura est, ut vir cubet cum muliere ad conseruationem ipsius naturae, & sic est bonum prolis, Bonau. in 4. distin^t. 31. art. 1. que^s. 2. At finem hunc mulier labeficit, cum vsum coniugij, ac sui linit dedecore à viro affici, atque in nihilum se minus effusione extra vas redigi.

5. Nec absit à peccati dicerimine, quād enim est improbable, eam cūm comprimitur, virique accēsum patitur, volupatis sensum habere nullum: quād ab omni alienum veri specie, illecebrose libidinis motu villo, corpus eius cum pollutionis periculo, non cieri, ac tangi in quād a marito diuisa non cadat, cum omniā quā potest diligentia, curaque contendere debeat, vt (ipse non dicam) vel mediocriter eruditī intelligent, ei eusmodi motuum causam exitiabilem vitandam esse. Hucvsque Bauny.

6. Non desinam tamen adnotare Basiliū Pontium de marī, lib. 10 cap. 11. num. 8. docere molitem in tali casu reddentem debitum, nulli culpa lethali obnoxiam esse: sic enim afferit. An si maritus proctandorum liberorum pertas, satianda quā libidinis appetens, dum suam vxorem agnoscat, tempore consummandæ copulae extra vas semen effundat, sese ab illa separat, possit vxor reddere petenti debitum licet, & sine culpa, iudicarunt viri doctissimi, vxorem peccare, lociamque esse peccati, atque adeo non posse reddere exigenti debitum. Probabant multis argumentis, quā nullius momenti sunt, tantum enim probant coniunctionem illam, si fieret vitroque consentiente, esse illicitam. Quare ego existimo peccare quidem graveriter vitum, & feminam, si de eius consensu id faciat: at si illa non consentiat, licet posse reddere, & petere debitum à marito, etiam illi perpetuā redditurus sit. Ratio desumpta ex generali doctrina, quam latius tradidi *sprā lib. 5.* Quoties peto actum ab aliquo, quem ille potest bene, vel male præstare, non pecco, neque præbeo causam peccati, alter enim sua maleficia male facit, cū recte possit efficer. Hac regule vitum, vt explicemus licet petere mutuū ab usurario, quia illi potest sine usura mutuari: & licet etiam peti Sacramentum ab excommunicato, qui sua culpa non absolvitur: non vero posse ab illo suo Parochus sit, siue non, etiam paratus sit, ablique sua culpa absoluī non potest ab excommunicatione. In eo enim casu non potest recte alium illum exercere, atque adeo directe cooperor eius peccato. Quā latius *sprā*, libro quinto prosequuntur sumus. Et quidem si vera esset illa prior sententia, non solum non posset vxor marito ita prauè affecto debitum reddere petenti, sed neque ab eo petere: eadem enim militat ratio. Ita potius; sed prima sententia Bauny adhærent aliqui viri docti, de hac re aliis à me consulti.

Sup hoc inf. in Ref. 187. cursim ad med. 5. 1. & etiam brevissimē in Ref. 188. in lin. 1. & sup. in Ref. 187. vlt. & legge infra in fine huīs Ref. à vers. Vade. Tom. II.

7. Querendum est etiam hīc obiter (ignoscant quā so pudice aures, necesse est enim, vt hac sciant Confessarij) an vir immittens pudenda in os coniugis peccet mortaliter, & affirmatiū sententiam docet Fagundez in *Decal.* tom. 2, lib. 6. c. 3. n. 19. vbi sic ait. Si membrum virile in os immittatur, commixtū sine dubio peccatum mortiferum videtur, cū sit inaudita species luxuriaz, & plusquam contra naturam, sic dicere fas est: deinde quia est proximum periculum consummandi præpostorum, & innatu-

rale coitum in ore: quare non veniales tantum huiusmodi tactus esse existimo inter coniuges matrimonio copulatos, sed mortales omnino, hotret enim natura similes libidinis modos, etiam inter ipsos coniuges, cūm nec inter animantes fiant. Ita illa.

8. Sed aliquis posset dicere has spurietas aliud non esse, nisi oscula pudendorum, quā peccata lethalia inter coniuges non esse firmarunt Zanardus, Filliucci, & alij penes me ipsū in 3. part. tract. 4. ref. 225. Verū ego puto hoc non esse simplex oculum pudendorum, sed esse inceptionem alterius inf. Ref. 191.

Copula innaturalis, quam veteres irrumationem vocabant, à ruma, id est à manina ductum vocabulum, cūm mentula tanquam mammilla ori alterius inseratur. Vide Martiale lib. 2. *Epigrammate* 47. & Catullum *Epigrammate* 18. Et ideo ego puto etiā seclusa pollutionis periculo virum immittendo membrum in os coniugis mortaliter peccare: nam tunc coniux non oscular illud simpliciter, sed irrumat, & ideo hanc circumstantiam tanquam speciem mutantem esse in confessione aperiendam. Vnde ex his refellendis venit Sanchez de *Matrimonio*, tom. 3. lib. 9. disput. 17. num. 5. quem ego citavi in part. 2. tract. 3. *Miscell.* ref. 37. afferens virum immittentem membrum in os vxoris, non peccare mortaliter: verū, vt diximus, à sententia Fagundez non est recendum.

Quā hic est

inf. Ref. 191.

Ref. 82. §. vlt.

tom. 1. tr. 7.

Ref. 82. §. vlt.

Sup. hoc in

tom. 1. tr. 7.

Ref. 82. §. vlt.

inf. Ref. 188.

Quā hic est

inf. Ref. 188.

RESOL. CLXXXV.

An sit peccatum mortale, si propter variationem situs in copula coniugali aliqua pars seminis elabatur? Et quid esset intendendum de copula, quando vir est incubus, & mulier succuba? Et cursim docetur, quod si fetus non est animatus, quānus sit periculum, ut non animetur, ex hoc non tenetur coniuges abstinentē à copula coniugali. Ex part. 11. tr. 8. & Mifc. 8. Ref. 33.

§. 1. **H**ec casus cuidam viro nobili frequenter accidebat, & negatiū sententiam docet doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez de *matrimonio*, *disputatione* 49. *sectione* 7. *numer. 12.* vbi sic ait: Dico tertius, si experimento constaret, ex aliquo concubendi modo semen non retineri, sed effundi ob feminī vasis nimiam humiditatem, vel laxitatem, fore peccatum mortale eo vti. Ita Ludsonicus Lopez part. 1. *instruct. cap. 82.* §. *igitur legendu*, & *cap. 87.* *in fin.* Ratio est, quia impeditur generatio positiū quando ex concubendi modo illa effusio coniuratur, tunc enim situs ille esset causa effusionis. Quod si illa effusio succederet aliquando præter intentionem coniugum dantium operam rei licet, & non ex concubendi modo, sed ex aliquo morbo, dummodo impedimentum retinendi non esset perpetuum, contingere posset absque culpa. Neque oppositum docet Sanchez *disp. 16. citata. num. 5.* vt pater attente legenti, quidquid dicat Basiliū *cap. 11. citato. num. 3.* Est vero obseruan- dum cum Sanchez, & Basilio, ex aliqua seminis effusione extra vas, non concludi variationem debiti situs esse mortalem, dummodo ex copula modo retinatur aliqua feminī pars sufficiens ad generacionem. Docent enim Medici, notam seminis quantitatem in matrice retineri, sicut enim matrix aliquando eam solam partem retinere, quae ad generationem sufficiens sit, expulso reliquo. Hucvsque Perez.

Sup. hoc fu-
pra in prin-
cipio Ref.
Ref. 187. §.
Notandum
est.

2. Hec tamen opinio larga, & nimis laxa videatur nouissimē Parti *Dicastillo de Sacrament.* tom. 3. tract. 10. *disp. 9. dub. 7. num. 65.* est enim prodigie-

P P semen